

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Heinrich Schuckmann

**Programma Quo Rector Academiae Rostochiensis Henricus Schuckman I.U.D. & Codicis Professor, Ad Beneficiorum & Donorum Dei Spiritus Sancti Piam ac debitam usurpationem, Omnes Universitatis cives serio exhortatur**

Rostochi[i]: Kilius, 1642

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734810849>

Druck    Freier  Zugang



R.U. Progr. 1642  
v. Hnir. Schwickmann  
4 ~  
3) Joh. Quistorp



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn734810849/phys\\_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734810849/phys_0002)

DFG

PROGRAMMA  
QVO  
RECTOR  
Academiæ Rostochiensis  
**HENRICVS SCHVCKMAN**  
J. U. D. & Codicis Professor,  
*AD*  
Beneficiorum & Donorum  
**DEI SPIRI-  
TUS SANCTI**  
Piam ac debitam usurpationem,  
Omnes Universitatis Cives seriò exhortatur.



ROSTOCHI,  
*Typis NICOLAI KILII, Acad. Typogr.*

---

Anno M. DC. XLII.



**V**a Boni rationem sortiuntur,  
eorum hac est natura, ut quanto fuerint eminentiora in se, & ultra sortem  
vulgarem altius elevata; tanto pos-  
sint donorum suorum alijs pleniorē  
facere copiam: S P I R I T U S Domi-  
ni (cuius hodie laudibus personat, quic-  
quid est totius Ecclesie) cum ea sit Majestate, Juxta cum  
Deo Patre & Filio, eaqz Virtute, qua omnem terminum &  
mensuram transgreditur, & tantopere usum ac fructum  
bonitatis sua, per Universa, qua Cælo terrâqz continentur,  
diffusum explicatumqz constituit, ut non dixerimus agnoscē-  
ca ubi vis, sed vel sensibus notari queat: Sive enim integrā-  
tarem species rerum cunctarum; sive qua pro hominum sa-  
lute peculiariter impenditur, curam ac providentiam; sive  
statuum singulorum, & qui in illis collocati sunt, admirā-  
dam gubernationem: Non erit quicquam illorum omnium,  
cui vestigia desint, ad exprimendam, divini S P I R I T U S  
infinitam potentiam: In partibus Orbis creati, nihil un-  
quam securitatis sperare licet, nisi vim suam communis  
Natura, quā ab ipso statim primordio pollere cœpit, quāqz  
res omnes succedere sibi invicem ordine recto, minusqz inter-  
rupto jubentur, intemeratam hancenus hujus S P I R I T U S  
præsidio, servaret, qui primam Universitatis massam, mo-  
tu efficacissimo ita subegit, ut in istam, quā etiamnum con-

slit.

sistit, mirabilem assurgeter structuram. De hominum  
salute, frustra fuerit, quicquid spei consiperetur, nisi hic  
benignissimus SPIRITUS omne momentum ferat! Prae-  
dicatur Verbum, in Verbo exhibentur mysteria, quæ liceat  
humana ratio pro stultitia habeat: nihilominus tamen  
quod homo ijsdem certò confidat, quodq; conscientiā con-  
victus, ultero cœlesti cedat veritati, in nullo alio situm est,  
præterquam in præpotenti SPIRITU; qui eam verbo tri-  
buit virtutem, quâ sub fidei obedientiam redigere rationem,  
& plurimos ad Deum convertere posset: Conversi deinceps,  
cum non sint in hâc mortali vitâ, extra periculum positi,  
sustentaculo indigent; ipse solus est qui sustentat: Compe-  
scenda subinde carnis concupiscentia; ille compescit! Fides  
augenda, ille auget; operibus exercenda, ille & voluntar-  
iem homini, quod velit bonum, & quod etiam præstare  
queat, facultatem sufficit: Varijs pia mentes ad peccan-  
dum illecebris provocantur, avocat; temptationibus vicis-  
sim macerantur, Eluctari facit; Sepius quid orare oport-  
eat, non percipiunt, ille Orantium vices ineffabili sup-  
plicet suspirio: Calamitates ferendæ sunt, solaria suggerit;  
Cum morte conflictandum, ad vitam educit: Breviter  
Urus ille, & inchoat, & absolvit, quicquid ad hominis  
conservationem pertineret naverit. Saum quinq; statum si-  
rede expendat, observetq; penitius, quâ serie singula singu-  
lis, quamq; invicem aquabili temperatione coharcant, erit,  
procul dubio, quo summam in Optimo SPIRITU, admiri-  
remur sapientiam: statos ille ordines in mundo, & certas  
classes partitus est, quibus veluti repagulis, omne genus ho-  
minum, vel ideo inclusum voluit, ne sit necesse divagari  
quemquam per incertum vita genus, inq; in diversas par-  
tes ( unde nihil nisi confusio nascerezur ) tumultuarijs sub-

B 2

ind

inde affectibus detorqueri: Quemadmodum igitur è numero mortalium, eos perpetuo selegit, quos adhibere decreverat ad hanc vel illam Provinciam: sic dona, quibus suum quilibet exornet officium, peculiaria quoq; subministrat. uni quidem majora; aletri minora, sed ita disposita in universum, ut ex illis cuq; suppetat, quod adferre, pro assignata sibi mensurâ, ad communem utilitatem possit. Horum donorum tanta est in Orbe varietas, & in varietate tanta præstantia, ut non facilè recensendis quispiam, ne dnm explicandis sufficiat. Istud saltim quam maximè de testandum, quando divitias hujus benignitatis divine, summo loco haberi necessum erat, usq; adeò à plurimis indignè eas tractari, ut quæ fuerant legitimo usui destinatae, ad ab usum sepiùs, non sine eterni S P I R I T U S indignatione traducantur: Alij enim dum sibi se natos autumant, suaq; industria, quæ superioris Virtutis sunt, adscribi cupiunt, tam prese collatas doces, tamq; tenaciter occultant, ut emori secum potius, quam in apricum prodire, & alicui emolumento fore velint; nihil interim vel parum advertentes, quod non tantum injurios hac ratione, in supremum autorem, qui patere omnibus thesaurum concretum, non verò abscondi præcepit; sed & ipsi quoq; cum alioquin frugi esse possent, inutiles se, atq; à bonorum censu exclusos ostendant: Alij quos sui admiratio mirificè delectat, quod sint altioris superciliij, & superiorem se quandam agerrimè sustineant, si quomodo dona præ ceteris indulgentiora obtinuerint, eorum nimia contemplatione inflati, se, reliquis contemptim habitis, solos, esse arbitrantur, qui rem agere in mundo, & arduis quibuscumq; negotijs paria præstare queant; Id verò quam cedere infeliciter, & quid inde tur-

pitu-

pitudinis contrahi oporteat, vel ipsa ratio docet, præsertim  
cum ex alienâ gloriâ, quantum honoris sibi ipsi quis sum-  
pserit, tantum adimat glorioſo SPIRITU, quem ad vin-  
dicandam sui nominis Majestatem, immutabilis Justitia  
adducit: Miseriores autem sunt, & vita perditionis, qui  
in idem fastus ac superbiæ fastigium enituntur, licet donis,  
quibus intumescere solent (si dona dicenda:) fucatis omni-  
nò, & qua speciem dunt taxat, pra se ferunt, non veris ac soli-  
dis occupari videantur: Alij præterea, quando cum largiori  
quosdam penū, se verò tenuiori instructos confixerint, mo-  
lestè acquiescentes superna dispositioni, vel majus quidquam,  
& quod humeris est impar, excellentius captare student,  
vel saltim, ubi hâc viâ non successerit, affectuum turbine  
correpti, invito vulnu obtuerunt, quicquid alicui ex infinitâ  
bonitate præclarus & illustrius obvenerit: Veleniq. im-  
pedire illud, ne quo altius ex surgat, & quantum in se fue-  
rit, omni violentiâ suppressore conantur. Sed quid est hoc  
aliud, quam & modum statuere sapientissimo SPIRITU,  
suum cuivis pro arbitrio decernenti, & vim alicujus rapi-  
dissimi fluminis cohibere, quo minus declivia petat, aut fon-  
tem undiquaq. exundantem, ne in rivos defluat aut excres-  
cat, sistere atq. obstruere? Alij aliter acceptas collocante do-  
tes, ac perinde quidem, ac si dispensari sibi, quod sui Juris  
non est, pro lubitu liceret: Nonnulli autem ingratii admo-  
dum in Clementissimi SPIRITUS beneficeniam, quod  
labores vehementius refugiant, cum sint ad delicias & re-  
nieriorem vivendi rationem mollius assuefacti, quicquid sibi  
donorum fuerit concessum, corpescere illud inertis sociâdiâ,  
& successu temporis (siquidem nullo studio excitatur) in-  
tercidere apud se ac prisca sede emigrare faciunt: In Ma-

B 3

goris

ioris verò & deterioris ingratitudinis notam jucūrere di-  
cendi sunt, quos eò adegerunt corrupti mores, ut petulantie,  
luxuria, nequitie, ceterisq; id generis vitiosis inclinationi-  
bus immersi, aut in occursum Cœlestis SPIRITUS, obicem  
mentibus ponant, ne suam in ijs, tametsi quām maximè ve-  
lit, Virtutem exequatur, aut dotibus, si quibus elegantiori-  
bus ornati, nefandam illis, turpisimarum actionum collu-  
viciem adspergant, qua consistere secum, & in fructum emer-  
gere (unde aliquid, ad commune Bonum, utilitatis reāundet)  
neutiquam concedit. Viderint autem, quid responsuri sint  
eterno SPIRITU, & nisi ad frugem redierint, quomo-  
do elapsuri aliquando severioris vindicis potestatem, ubi, &  
raeones requirere de administratâ provinciâ, & suum quod  
est nequiter corruptum, in eâ, quā dederat integritate, repe-  
ttere, & fructus insuper, quos reddere potuissent, inaniter  
prætermisso, tanquam debitos exigere decreverit: Certum  
namq; est, quām quod cerrissimum, grande nefas in conscienciam  
eos admittere, dum ita componunt res suas, ut optimâ  
queq; (qualia sunt divini SPIRITUS beneficia) pessi-  
mis operibus, & non homine, nedum Christiano dignis, tur-  
pissimè tribuant. Verum-enim verò prout fert praesentis seculi  
in veterata consuetudo, quanto fuerit nocentius hoc crīmē,  
& majori cum dedecore conjunctum; tanto plures (quod  
graviter dolendum) asseclas atq; patronos offendit. Que-  
rimoniam eo nomine quomodo in cunctis statibus, proba men-  
tes instituant satis ubiq; causarum subest: Utinam in Scholis  
& Academijs, quas Clementissimus SPIRITUS sue  
laudis propria quasi seminaria constituit, non illud etiam  
extaret, præ quo reliqua omnia, quæ luctum hac in parte  
adferunt, leviora quodammodo ac mitiora crederentur.

Sepe

Sepe videmus felicioris ingenij dores, in hoc vel illo gliscen-  
tes, quibus dexterè expolitis, multum, per SPIRITUS  
S A N C T I auxilium, operis prestare & ad summa aliquan-  
do adhiberi officia queant; Quam primum autem abusi-  
libertate Academicâ, in vitiorum sentinam, cœu horrendam  
animorum pestem, liberiùs inciderint, efficitur, quod, nisi  
matrè retrahantur, lethali contagione, magis magisq; in-  
fecti, usq; adeò paulatim omni promptitudine ac felicitate  
cadant, ne vestigium ferè, quod honesti naturam referat,  
superesse in ipsis & pro Ecclesia ac Reipublica commodo re-  
lictum censeatur. Ita sit, ut quæ contendere ingenia ad  
veram gloriam debuissent, postquam in se vel neglexe-  
runt Bonum divinitùs excitatum, ut pravis subinde ac  
perditis moribus, ultrò se abiçiant infra plebeias faces,  
& levissimorum nocendi affectum, quibus nihil est abje-  
ctius, tanquam mancipia prostituant. Vos Cives Acade-  
mici, qñorum mentibus melior sententia residet, quiz, divi-  
tias supernæ bonitatis multò preciosiores statuitis, quam  
quod excipi tam indignis modis, & subjacere eas nefariis  
corruptionibus oporteat; Vos omni conatu hoc agetis, ut  
benignissimo SPIRITU, quando in vestram salutem  
vires exponit, tantum à vobis obedientie ac grati-  
tudinis vicissim religiosè praſteatur, ne gratiam suam fru-  
strà fuisse, & apud vos sive otio, sive improbitate exclu-  
sam, fructum non potuisse mereri, deprehendat. Suscitan-  
da potius arbitrabimini dona à Domini SPIRITU pro-  
fecta, perq; preces & pietatis opera, adducere illa ad commu-  
nis Boni procurationem, enixè studebitis. Hac ratione  
eveniet, ut decenter præsentem transigatis festivita-  
tem, & deinceps per universum vita curriculum, or-  
gana

gana divine gloria viva vos ac salutaria probetis: Se-  
cūs qui fecerint, ac toties moniti emendare improbam  
vivendi consuetudinem, & quam monstrat SANCTIS.  
SIMUS SPIRITUS, viam, sectari minimè constitue-  
rint, serò eos perditorum bonorum, & tum vel maximè  
panitebit, ubi nec locus corrigendi, nec occasio amplius in-  
venietur. P. P. Rostochi Sub Sigillo Academia: fe-  
ria prima Pentecostes, An.  
no 1642.





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn734810849/phys\\_0011](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734810849/phys_0011)

DFG




Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn734810849/phys\\_0012](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734810849/phys_0012)

DFG

Vos qui nati estis ad vera  
gloriam, quos non impetus  
quoquo versum libuerit, sed  
virtutem dicit; Vos quorum  
terrenarum rerum abductæ  
quæ divinioris sunt ingenii;  
ad dulcissimam, quæ reposit  
Universitate, conjunctam cu  
titiâ beatorum Spiritum co  
Vos, veluti æquiores Ordina  
rum æstimatorum, vitam m  
longissimè se jungetis ab istis  
quibus tenebrarum Princep  
net! Vobis toto pectore ab  
debitur, quicquid tam fædissi  
dentissimum spiritum autore  
tis contrâ & enixè studebit  
resq; vestri, ad honestatem,  
compositi, naturæ Angeloru  
fert humana imbecillitas, qu  
spondeant. Modesti illi sun  
bus turbis alienissimi; Vos c  
am vestram, notis pariter atq  
tam dabitis. Justissimi sunt  
dinumq; divinorum ubivis te  
item & iis unicè, quæ & di



atam  
pers,  
io ad  
limo  
unit,  
irant  
elesti  
li læ  
hem:  
vina  
istros,  
, in  
m te  
m vi  
mpu  
Age  
mo  
r est,  
tum  
n è re  
mni  
desti  
roba  
n or  
Vos  
honestæ  
eges